

est vehementer. Iuxta Hebræum habetur. & timuit valde à iaculatoribus. Proculdubio propter vulnera sagittarū timuit nō posse euadere, sed incidere in manus Pelisthinorum adhuc viuus. Dixitq; Saul armigero suo, euagina gladium tuum & perfode me illo ne veniant incircumcisi isti & perfodiant me & illudāt mihi: & noluit armiger eius: fuerat enim nimio terrore perterritus. Iuxta Hebræum habetur. quia timuit valde. interficere regem suum. arripuit itaque Saul gladium & cecidit super eum. Hinc apparet tum damnatio Saulis, vtpote qui interfecit seipsum. tum mollities animi eius non valentis sufferre illusiones à Pelisthinis. nam ad euitandas huiusmodi illusiones seipsum peremit: quod etiam philosophi molli animo tribuunt. Viditque armiger eius quōd mortuus esset Saul: & cecidit etiam ipse super gladium suum & mortuus est cum eo. Mortuusque est Saul & tres filij eius & armiger eius & etiam omnes viri eius in die illa praeriter. Videntes autem viri Israel qui erant trans vallem & qui erant trans Iarden quōd fugissent viri Israel, & quōd mortui essent Saul & filij eius. reliquerunt ciuitates & fugerunt: veneruntque Pelisthim & habitauerunt in eis. Ne intelligas hæc eadem die gesta: sed tam desertionem ciuitatum istarum ab Israelitis quā habitationem earundem à Pelisthinis subsequitam postea, scriptam tamen ante expoliatos mortuos ad terminandum historiam malorum quæ secuta sunt immediate in Israel ex hoc prælio. Suspicio has esse ciuitates quas olim restituerant Pelisthini Israeli tempore Samuelis.

In castro autem venerunt Pelisthim ad expoliandū interfectos: & inuenerunt Saul & tres filios eius iacentes in monte Ghilboah. Et absciderunt caput eius & spoliauerunt arma eius: miseruntque in terram Pelisthinorum per circumitum vt annunciaretur in domo idolorum suorum & populo. Et posuerunt arma eius in domo Hachathoth: corpus vero eius suspendunt. Iuxta Hebræum habetur. fecerunt. hoc est firmauerunt affigendo ligno, vel elauo. in muro beth² san.

Audierunt autem habitatores Iabes Ghilhad quæ fecerant Pelisthim Sauli. Gratitude istorum describitur: vtpote rependendum Sauli, qui liberauerat eos de manu Nahas regis Hamonitarum. Et surrexerunt omnes viri fortes & ambulauerunt tota nocte & tulerunt corpus Saul & corpora filiorum eius de muro bethsan: veneruntque viri Iabes Ghilhad. Iuxta Hebræum habetur. & venerunt ad Iabes. Reuersio describitur cum cadaueribus. Statimq;

timq; subiungitur. & combusserunt ea ibi. hoc est in territorio Iabes. Et tulerunt ossa eorum & sepelierunt sub arbore in Iabes. Combustis citius carnibus partibusq; mollibus, remanentia ossa sepelierunt sub arbore in Iabes vna cum cineribus corporū. & ieiunauerunt septem diebus. iuxta numerum dierū induciarum inter ipsos & Nahas regem Hamonitarum, infra quos liberauerat eos Saul.

Finit primus liber Semuelis.

THOMAE DE VIO

CAIETANI CARDINALIS SANCTI

Xinti, in secundum librum Semuelis commentarij.

EV fuit postquam mortuus est Saul & David reuersus est à cedendo Hamalec, David mansit in Ziclag diebus duobus. Et fuit die tercio ecce venit vir è castris Saul, veste confissa & puluere cōspersus caput: & vt venit ad David, cecidit in terram & adorauit. Dixitque ei David, vnde venis? qui ait ad eum, de castris Israel fugi. Et dixit ad eum David, quōd est verbum quod factum est, indica mihi. Legendum esset. quæ fuit res nuncia quæso mihi. Dicitio enim Hebraica, quanuis proprie significet verbum, transfertur tamen ad significandum rem. qui ait, fugit populus de prælio, & etiam multi ceciderunt è populo & mortui sunt, & etiā Saul & Iehonathan filius eius mortui sunt.

Dixitque David ad adolescentem. Iuxta Hebræum habetur. ad puerum qui nūciabat ei. tam hic quā in inferius: sed Hebræi pueri nomine appellant etiā iuuenes, quomodo nosti quōd mortuus sit Saul & Iehonathan filius eius? Et ait adolescens qui nūciabat ei: casu veni in montē Ghilboah. Sentētia recte redditur, quanuis Hebraica verba multiplicetur. & ecce Saul incubebat super lanceam. Ne intelligas significari nisi fictam innixionē Saulis super lanceæ suæ hastile. finxit enim quōd Saul sustētabat se super lanceæ suæ hastile, quasi super baculum. nam Hebraice clare significatur innixus. & ecce currus et equites appropinquabant ei. Reversusque post se & vidit me: vocauitque me, & dixi ecce me. Et dixit mihi, quis es? dixi q; ad eum, Hamalecites sum. Vniuersa hæc mendacia esse, manifeste patet ex modo mortis Saulis scripto in præcedētis li. ca. ultimo: sed iste finxit

se interfecisse Saulem arbitratus re gratam Dauidi fecisse. Dixitq; mihi: *ista quaeso super me & interfice me, quoniam tenet me angustia.* Parui refert quod Hebraice habetur, quia apprehendit me tremor. hoc enim consonat veritati historiae, pro quanto Saul valde timuit vulnerat⁹ a sagittariis, quia omnis adhuc anima mea in me est. Et stetit super eum ac interfecit eum, scieb⁹ enim quod vivere non posset postquam cecidisset: tuncq; diadema quod erat super caput eius, & armilla qua erat super brachium eius & attulit ea ad Dominum meum huc. Quauis finxerit se occidisse Saulem, dixit tamen verum quo ad ablatum diadema & armilla.

CAPVT I.

Apprehenditq; Dauid vestimenta sua & scidit ea: & etiam omnes viri qui erant cum eo. Et planxerunt & stenerunt & ieiunauerunt vsque ad vesperam: super Saul & super Iehonathan filium eius & super populum domini & super domum Israel, eo quod corruissent gladio. Dixitq; Dauid ad adolescentem qui nunciabat ei, unde est qui dixit, filius viri peregrini Hamalecita sum. Aiunt hunc fuisse filium Doeg qui interfecerat iubente Saule sacerdotes domini. Et quadrat superscriptis, si verum est quod Doeg fuerit armiger Saulis: qui antequam interficeret seipsum, viso Saule mortuo, instruxit filium ibidem ut iret ad Dauidem cum hac simulatione dādo illi diadema & armillam Saulis de tracta ex mortuo Saule. Nec obstat quod Doeg dicatur idumaeus in primo lib. ca. 22. & hoc in loco dicatur Hamalecita: quoniam Hamalec pars erat Edom, quia descēderat ab Hefau, & propterea secundum genus erat idumaeus & secundum speciem Hamalecita. Et ait Dauid ad eum, quare. Legendum est, quomodo non timuisti mittere manum tuam ad occidendum Christum domini? horruit enim Dauid facinus sepe a se damnatum. Vocauitq; Dauid unum e pueris & dixit, accede, irruere in eum: percussitq; eum & mortuus est. Si quaeris qua autoritate Dauid sententiam mortis tulerit aduersus istum, mandando etiam exequi. in promptu est responsio quod mortuo Saule cepit succedere in regno & uti autoritate regia, propter ea quae dixerat ei Samuel de ipsius regno. Et ait ad eum Dauid, sanguis tuus super caput tuum, os enim tuum testificatum est contra te, dicendo ego occidi Christum domini.

Planxit autem Dauid planctum istum. Rectius diceretur. Et lamentatus est Dauid lamentationem istam, super Saul & super Iehonathan filium eius, quemadmodum appellamus lamentationes

ationes Ieremie. Et praecipit. Parui refert quod Hebraice habetur. Et dixit ad docendum filios Iehuda arcu. Duo officia Dauidis narrantur, alterum lamentationis, alterum mōitionis, ut ij qui erant de tribu Iudae discerent iaculari arcu. Sed hoc secundum officium intellige quando venit in terram Iudae: scriptum est autem prius, eo quod immediate post mortem Saulis hoc decreuit, & communicauit iis qui erant cum eo: ut cōtextus innuit, sicut scriptum est in lib. iustorum. Iuxta Hebraeum habetur, ecce scriptum super librum Iasar, hoc est recti. Ad immediate ante narratum decretum refertur scriptum esse in libro recti: quo libro caremus. Et ait. Nō habetur hoc in Hebraeo. Considera Israel pro iis qui mortui sunt, super excelsa tua vulnerati. Iuxta Hebraeum habetur. O placiditas Israelis, super excelsa tua occisus. Porro illa terra in qua commissum est praelium, appellatur placiditas Israelis, eo quod erat regio valde placida, Et a qualitate loci inchoauit lamentationem Dauid, tanquam valde dissonet ut in loco tam placido tanta clades fuerit. locum siquidem illum alloquendo tanquam condolens dicit, o placiditas Israelis, super excelsa tua (videlicet montes gelboae) occisus, hoc est multitudo occisorum fuit. Inlyti Israel super montes tuos interfecisti sunt. Haec clausula non habetur in Hebraeo, quomodo ceciderunt fortes. Rectius legeretur, potentes, prius enim a qualitate loci, deinde a qualitate personarum occisorum lamentatur. Ne annuncietis in Gath, ne annuncietis in compitis. Iuxta Hebraeum habetur. in plateis ascelor, ne forte lateant filiae Pelisthim, ne forte exultent filiae incircumcisorum. Et sententia est valde clara intelligentibus quod non mandantis, sed detestantis sunt verba: nam detestatur annunciationem & gaudium Pelisthinorum quod sciebat futurum. Montes Ghibboah nec vos nec pluuia veniat super vos. Imprecatur malum montibus Gelboae, non ratione eorum, sed ratione cladis in eis. Nec sunt verba cupientis: sed manifestantis quod in memoriam tanti mali digni essent priuatione rotis & pluuiae. Et scito in Hebraeo non haberi veniat super vos: sed sine verbo non ros & non pluuia super vos. neque sint agri primitiarum. Iuxta Hebraeum habetur. & agri eleuationum, hoc est agri ex quibus sumuntur ea quae offerenda sunt Deo. Et quauis Hebraice sine noua negatione scribatur & agri (cum debuisset dici & non agri) subintelligitur tamen vis negationis praecedentis, & est sensus, & non agri, quod intellige eodem

senſu quo præcedentia. quia ibi abiectus eſt clypeus fortium. Ea- dem dictio hic habetur quæ paulo ante: & propterea legen- dum eſſet. potentium. Et immediate ſequitur. clypeus Saul qua- ſi non eſſet vnctus oleo. Poſtquam in genere lamentatus eſt multitudinem occiſorum & potentium caſum, deſcendit ad indiuidua, & primo ad regē tanquam non eſſet vnctus oleo: hoc eſt tanquam non eſſet vnctus à Deo in regem: occiſum enim lamentatur ibidem regem tanquam non eſſet rex qui yngebatur à Deo.

A ſanguine interfectorum ab adipe potentium, arcus Iehona- than nõ rediit retrorſum: & gladius Saul nõ eſt reuerſus inanis. Or- do literę eſt quod clypeus Ionathę quàm gladius Saulis nõ- quam rediit inanis à ſanguine interfectorum & ab adipe po- tentium. & eſt ſenſus quod iugiter vterq; eſt: cax fuit ad ho- ſtium & ſanguinem effundendum & adipem penetrandum. Et meminit adipis ad ſignificandum viros carne bene plenos percuſſos, ad differentiam virorum debiliũ. Saul & Iehona- than amabiles. Proſequitur lamentationem vtriuſque. & decori valde in vitis ſuis. Iuxta Hebræum habetur. & dulces in vitis ſuis. hoc eſt in conuerſationibus ſuis. & in morte ſua non ſunt ſeparati: aquilis velocioreſ. Dictio Hebraica verbum eſt à leuitate dedu-ctum quo nos caremus. Et ſimiliter cum ſubdi- tur. leonibus fortioreſ. verbum eſt à potentia fortitudinis de- ductum: præferuntur enim in leuitate motus aquilis, & in potentia fortitudinis leonibus. & eſt hyperbolica locutio. Filie Iſrael ſuper Saul ſlete: qui veſtiebat vos coccino cum deli- tiis, qui præbebat ornamenta aurea cultui veſtro. Iuxta Hebræum habetur. veſtiti veſtro. ſignificatur enim per hoc quod Saul ditauerat Iſraelitas ita vt induerētur etiam aurea ornamen- ta. Quomodo ceciderunt potenteſ. Repetitiõ eſt more lamentan- tium. additur tamē hic vna dictio: nam dicitur. in medio præ- lii: ad honorem ſiquidem eorum ſpectat cecidiſſe in medio prælii, tanquam viros fortiter pugnanteſ nec diuertenteſ. Iehonathan in exceliſis tuis occiſus eſt. Ad dilectum Ionatham ſpecialiùſ deſcendit, alloquens iterum terram Iſrael in qua commiſſum eſt prælium.

Doleo ſuper te. Iuxta Hebræum habetur. Anguſtia mihi ſu- per te frater mi Iehonathan. Apoſtrophat ad Ionatham: & plus quàm dolorem (anguſtiam videlicet cordis) ſe paſſam dicit ſuper eo: lecore nimis. Iuxta Hebræum habetur. dulciſti mihi valde,

valde. Præterita dulcedo ratio redditur tantæ paſſionis. & amabilis ſuper amorem mulierum. Iuxta Hebræum habetur. fuit mirabilis amor tuus mihi præ amore mulierum. Et intelligitur de amore Ionathę erga Dauidem: nõ ſuperius ſcriptũ eſt quod Ionathas dilexit Dauidem ſicut animam ſuam. Et hic ſenſus quadrat valde contextui: vt quemadmodum commendauit eum quod præbuerit ſe valde dulcem Dauidi, ita commen- det eum de amore erga Dauidem tam mirabili vt excederet amorem mulierum. Sicut mater vnicum amat filium ſuũ ita ego te diligebam. Non habetur ſententia hæc in Hebræo: ſed im- mediate poſt ſupradicta verba ſubiungitur. Quomodo cecide- runt potenteſ, & perierunt vaſa belli? Tertio repetitur lamentan- tum more quomodo ceciderunt potenteſ, adiungendo & perierunt vaſa belli: arma enim quæ congregauerat Saul, de- ſict periffe: tanquam redigendus ſit populus Iſrael in priſti- num ſtatum ſine armis, in quo repererat cum Saul: vt ſcri- ptum eſt in primo lib. cap. 13.

CAPVT II.



Et fuit poſt hæc, conſuluit Dauid dominum dicendo, an aſcendam in vnã de ciuitatibus Iehudæ? multoſ enim amicos habebat in tribu Iudæ, de qua etiam ipſe erat. & dixit dominus ad eum, aſcende: dixitque Da- uid, quo aſcendam? & dixit, in Chebron. Aſcenditque illuc Dauid & etiam duæ vxores eius Achinoã Iizrehelith & Abigail vxor Nabal Charmelita. Et viros qui erant cum eo fecit aſcendere Da- uid, vnquamque cū domo ſua: & manſerunt in oppidiſ Chebron, diſtributi ſiquidē ſunt in adiacētibus vrbibus dependentibus ab Hebron. veneruntque viri Iehudæ, & vixerunt ibi Dauid in regem ſuper domum Iehudæ. Vnctus olim à Samuele Dauid, electus modo eſt à tribu Iudæ & vnctus cum celebritate in regem ſuper tribum Iudæ, quæ erat potentiſſima inter omneſ tribus Iſrael, in cuiuſ ſignum ſpecialiter conſuevit ſupputari numeruſ bellatorum ex tribu Iudæ, & reliquarum omnium tribuum ſimul altera ſumma. & nunciatum eſt Dauidi dicendo, viri Iabes Ghilhad ſepelierunt Saul.

Et miſit Dauid micioſ ad viros Iabes Ghilhad: dixitq; ad eoſ, be- nedicti ſi vobis domino qui feciſtiſ miſericordiam hanc cum domino ve- ſtro cum Saul & ſepeliſtiſ eum. Et nunc faciat dominuſ vobiſcum miſericordiam & veritatem: & etiam ego faciam vobiſ bonum hoc

quæ fecisti rem hanc. Et hunc confortentur manus vestra & estote sibi fortitudinis, quia mortuus est dominus vester Saul. Duo simul officia effecit David, alterum testificandi benevolentiam suam erga amicos Saulis, ne existimarent displicuisse ei quod gratos se exhibuerint Sauli & hinc occasionem sumerent inimicitiae aduersus ipsum Dauidem. Alterum tentandi si vellent ipsum sequi: ad hoc enim spectant subiuncta postremo verba. & etiam me vixit domus Iudæ in regem super se. Quauis etiam hæc verba referri possint ad insinuandum quod ipse non usurpauit sibi regnum tyrannice: sed quod tribus Iudæ elegerit eum in regem.

Abner autem filius Ner princeps militiæ Saulis: tulit Isboseth filium Saulis, & circumduxit eum per castra. Iuxta Hebræum habetur, & fecit transire eum Machanaim. Vbi aduerte prudens lector quod dictio hebraica est quandoque nomen appellatiuum significans castra, quandoque vero est nomen proprium loci: vt patet Gen. 32. quandoque autem est nomen proprium ciuitatis in tribu Gad; vt patet Iosue 27. Crediderim tamen ego in loco illo quem Iacob appellauit Machanaim, constructam ciuitatem tribus Gad quæ appellatur Machanaim. In hoc itaque capitulo ter fit mentio Machanaim, & hac prima vice Machanaim esse nomen proprium ciuitatis, ex duobus insinuat: primum ex eo quod dicitur & fecit eum transire Machanaim: significatur enim per transitum, equitatio regis per regnum Israel vsque ad Machanaim quæ erat trans Iordanem in regione Ghalahad. deinde ex eo quod statim subditur. Regemque constituit super Ghalahad & super Asureum & super Lix-rehel & super Ephraim & super Benjamin & super totum Israel. ex hoc enim quod primo nominatur regio Ghalahad, insinuat quod de ciuitate Machanaim quæ erat in Ghalahad est sermo. Suffragatur quoque ratio vt Abner securus de tribu Benjamin (vt pote propria) quæ erat contermina tribui Iudæ, sollicitus fuerit de regione trans Iordanem ne videretur Dauidis præsertim cum intellexisset Dauidem misisse nuncios ad regionem illam. Accedit ad hæc contextus literæ: nam narrata destinatione nunciorum Dauidis ad Ghalahad, statim subiungitur prudentia Abner quod fecit transire Isboseth regem ad Machanaim ciuitatem Ghalahad. Filius quadraginta annorum erat Isboseth filius Saulis cum regnare cepit super Israel, & duobus annis regnauit: tantum domus Iudæ sequebatur Dauidem.

Et fuit

Et fuit numerus dierum quibus fuit David rex in Chebron super domum Iehudæ, septem anni & sex menses. Quæstio suboritur quomodo stant ista duo simul: quod David regnauerit in Hebron super tribum Iudæ annis septem & sex mensibus, & Isboseth duobus duntaxat annis regnauerit nullusque alius rex fuerit super Israel: sed istius solutio differenda est vsque ad capitulum tertium.

Egressusque est Abner filius Ner & serui Isboseth filij Saul, de castris in Ghibhon. Hic secundo habetur Hebraice de Machanaim, & supradictis & egressui quadrat etiam hic Machanaim nomen esse ciuitatis. egredientes enim ad bellum, de ciuitatibus egrediuntur ad castra & non egrediuntur de castris. Significatur itaque, quod Abner coacta aliquanta multitudine bellatorum ex regione trans Iordanem, venit in territorium Ghabaon in tribu Benjamin contermina tribui Iudæ in qua regnabat David. Et Ioab filius Ner & pueri Dauid egressi sunt, & occurrerunt sibi iuxta piscinam Ghibhon pariter manseruntque iuxta piscinam hinc, & illi iuxta piscinam inde. Dixitque Abner ad Ioab surgant quæso pueri & ludant ante nos: dixitque Ioab surgant. Tanquam ludus habetur à militaribus tam duellum quam similes bellici actus ex condito, aliquorum certi numeri paris hinc & inde. Et surrexerunt ac transierunt in numero: duodecim pro Benjamin & Isboseth filio Saulis, & duodecim de pueris Dauid. Ex tribu Benjamin electi scribuntur duodecim: utpote cuius magis intererat, quia rex Israel de tribu erat Benjamin. Si quaeritur an huiusmodi actus fuerit licitus. in promptu est responsio quod quia similis est duello & non belli gratia, sed ad ostentationem virium ordinantur huiusmodi actus ideo inter illicita supputatur. Apprehensioque vnusquisque capite comparis sui, defixit gladium in latus contrarij. Iuxta Hebræum habetur. Et inualuit vnusquisque in caput socij sui & gladius eius in latus socij sui, & ceciderunt simul. Ex qua litera clare liquet omnes esse simul mortuos, & vocatum est nomen loci illius ager robustorum. Iuxta Hebræum habetur. pars gladiatorum. vel fortium que in Ghibhon. anceps enim est hebraica dictio ad fortes vel enses. Et vere portio fuit gladiatorum locus ille: quoniam nullus euasit gladium, sed omnes ibi occisi sunt. Et ortum est bellum durum satis. Iuxta Hebræum habetur. Et fuit praelium durum vsque: valde in die illa. Occasione sumpta vtrinque ex occisis suis, ad commune praelium processit.

procefferunt. & cessus est Abner & viri Israel corā pueris David.
 Erant autem ibi tres filij Zeruiā sororis David. Ioab & Abisai & Hasael: & Hasael cursor velocissimus fuit. Parui refert q̄ Hebraice habetur. leuis pedibus sui, sicut vnus ē capreis qui sunt in agro. Sententia manifesta est. Persecutusque est Hasael Abner: & non declinauit ad eundem ad dexteram & ad sinistram de retro Abner. Et respexit Abner post se, & ait tūc es Hasael? & dixit sum. Dixitque ei Abner, declina tibi ad dexteram tuam vel ad sinistram tuam & apprehende tibi vnum de pueris, & tolle tibi spolia eius: & noluit Hasael declinare ab eo. Addiditque adhuc Abner dicere ad Hasael, recede tibi à me: cur percitiam te in terram? & quomodo leuabo faciem meā ad Ioab fratrem tuum? Et renuit recedere, & percussit eum Abner auersa hasta in inguine. Iuxta Hebræum habetur, cum post lanceā ad quintam costam. Clare siquidem significatur quod percussio facta est nō cum ferro lanceæ, sed cum posteriore parte lanceæ: ferrum enim est anterior lācæ pars. Et in hoc ostendit Abner quod minus vulnerare intendebat Hasaelem. Quintæ autem costæ nomine appellatur locus costarum siue dexterarum siue sinistrarū iuxta stomachū ratione, alias dicta. & trās fodit. Clarius dicitur Hebraice, & exiuit lācæ post eū, & cecidit ibi & mortuus est ibidem. Vide quantum differt nouus tyro à veterano milite, omnesque qui transibant per locum in quo ceciderat Hasael & mortuus erat, subsistebant.

ET persecuti sunt Ioab & Abisai Abner: & sol occubuit, ipsi autem venerūt vsque ad collē aquæ ductus qui est ex aduerso valis, via deserti Ghibhon. Congregatique sunt filij Biniamin post Abner, & fuerunt in globum vnum: steteruntque in summitate cumuli vnius. Legendum est, collis vnius, sic enim habetur Hebraice, Clamauitque Abner ad Ioab & ait, an vsque ad internicionem tuum gladius desuuet? Iuxta Hebræū habetur, an ad semper vorabit gladius? hoc est nū sine cessatione erit persecutio ad occidendum? an ignoras quod periculosa sit desperatio? Iuxta Hebræum habetur, an nō nosti quod amaritudo erit in postremo? hoc est quod qui fugiant eum tandem se coarctatos viderint, amari efficiuntur animi, & pro nihilo mortē habentes pugnant. Quod antiquus interpret recte exposuit periculosam desperationē, amaritudo siquidem animi ex desperatione confurgit eua-dendi, perdidit enim impotentes amplius sine morte fugere, spem euadēdi, & vsquequo non dices populo vt desinat persequi fratres suos?

Et

Et ait Ioab: vniū Deus. Nomē est Elohim, si locutus fuisses mane recessisset populus persequens fratrem suum. Iuxta Hebræum habetur, quod si non locutus es, quod tunc à mane ascendit populus vnusquisque de post fratres suos. Et est sensus quod tu fuisti causa totius belli: quia si tu non fuisses locutus (dicendo surgant pueri & ludant coram nobis) ex tunc appositue ab ipso mane populus meus non fuisset persecutus fratres suos Israeli-tas qui tecum sunt, sed ascendisset in locum suum in pace. Claxitque Ioab buccina, & stetit totus populus, & non est persecutus vltra Israelem. Quauis totius belli culpam reieccisset in Abner, petenti tamen vt desisteret, annuit, neque iniere certamen. Iuxta Hebræum habetur, & non addiderūt ad praliandum. Non solum desiterunt persequi illa vice, sed nec addiderūt ad praliandum tam isti quā illi: nullū siquidem aliud praliū cōmissum legitur toto tempore Abner. Abner autem & viri eius abierunt per campestria Moab tota nocte illa. Superfluit Moab, & transferunt Iordan. Transitus Iordanis testatur quod ad loca trans Iordanem (hoc est duarum tribuum & dimidiæ) iuit Abner cū suis: nam territorium Ghabaon vnde fugiebat, perspicuum est esse cis Iordanem: hoc est, vbi erant nouem tribus & dimidia, & lustrata omni Bethoron. Corrupta est litera: legendum est, Bith'ron, non enim commemoratur Bethchoron cuius mentio facta est Iosua cap. 10. vbi lapides magnos pluuisse scribitur: quoniam illa est in loco nouem tribuum, ista autem regio est trans Iordanem, nec vocatur Bethchoron, sed Bith'ron, venerunt ad castra. Iuxta Hebræum habetur, & venerunt Machanaim. Manifeste ex transitu Iordanis apparet quod Machanaim nomen est ciuitatis, vt dictum est in tribu Gad, & iste regressus testatur tū quod inde exierat ad bellum, tum quod ibidem tunc residebat Isbo-seth rex Israel: vt pote in loco tutiore ab impetu bellatorum tribus Iudæ.

Ioabque reuersus est de post Abner, & congregauit totum populum: & desuerunt de pueris David decem & nouem viri & Hasael. Scrui autem David percusserunt de Biniamin & in viris Abner: trecenti & sexaginta viri mortui sunt. Tuleruntque Hasael, & sepelierunt eū in sepulchro patris sui, quod erat in Bethlechem. Quauis hic narretur, postea tamen sepultus fuit Hasael in Bethlehem Iudæ, & ambulauerunt tota nocte Ioab & viri eius, & iluxit eis in Chebron.

CAP.



*Acta est ergo longa concertatio, Iuxta hebræum habetur. Et fuit bellum longum inter domum Saul & inter domum Davidis. Aduerte prudens lector quod author libri velut summarium quoddam scribit totius temporis quo David regnavit in Hebron: hoc est usque ad tempus quo factus est rex super vniuersum Israel. & totum hoc tempus (quod fuit annorum septem & mensium sex vt in præcedenti dictum est capitulo) appellatur tempus belli inter domum Saul & domum Davidis: & propterea dicitur bellum longum. In summarii autem signū narratur continuus profectus domus Davidis cum continuo defectu domus Saulis. & narratur generatio omnium filiorum quos genuit David in Hebron ex diuersis vxoribus quas multiplicauit in Hebron: quoniam duas tantum secum duxerat ex Sisceleg: vt patet in primo huius libri capitulo. Sed occurrit quæstio: quia in præcedenti capitulo dictum est, & non addiderunt ad præliandum: quomodo ergo nunc dicitur quod fuit longum bellum? Solutio est quod inter domum Saulis & domum Davidis fuit longum bellum, sed vnicum tantū prælium (quia semel tantum dimicatum est) sed dissensio bellica fuit longa: vtpote annorum septem & dimidii. *David proficiscitur & semper seipso robustior: domus autē Saul decrescens quotidie. Iuxta hebræum habetur, & David cundo & innalescēdo & domus Saul cunctes & atremuabantur.* caremus enim participio præsentis tēporis significante pauperē fieri quo vitur litera hebraica: & ideo apposuius præteritum imperfectū. Significatius autem ex parte domus Davidis narratur David inualescens: ex parte autem domus Saulis non dicitur quod Isboseth attenuabatur, sed nullo viro nominato narratur quod domus Saulis attenuabatur: ad insinuandum quod non solum inter Davidē & Isboseth, sed etiam inter Davidem & domum Saulis fuit longum bellum. Et hinc soluitur quæstio in præcedenti capitulo mota & ad hoc reseruata capitulum. habetur enim hinc quod bellū longū fuit cū domo Saulis & nō cum Isboseth duntaxat: ac per hoc & antequā Isboseth constitueretur rex & post mortē eius durauit istud lōgum bellū annorum septem & dimidii, nam cū Isboseth biennio tantum durauit bellum. Quod enim post mortem Saulis non statim creatus fuerit rex Isboseth testantur verba Abner inferius in hoc*

hoc eodem capitulo dicta ad senes Israel: videlicet tam heri quā nudiustertius quærebatis David vt regnaret super vos. hinc enim manifeste apparet quod mortuo Saule dissensio fuit circa electionem regis quærentibus senibus Israel vt David esset rex: durante autē huiusmodi dissensione nullus fuit rex super Israel, & tamen David tunc erat rex super Iudam. In promptu autem erat ratio dissentendi, tum quia David placebat senibus Israel propter præclara eius gesta tum quia secundum rectam lineam generis Saulis succedere debebat in regno filius Ionathæ: qui infans erat (vtpote quinquēnis) & claudus & propterea impotens ad defendēdum populum præsertim ab hostibus, tum quia Isboseth (vt testatur elongatio eius à bello) quænanis filius Saulis & ætatis optimæ ineptus habebatur ad bellū: quæ conditio valde displicebat populo, quia regem ad hoc præcipue volebant vt liberaret eos ab hostibus. Taceo quod Abner inter hæc tendebat forte ad hoc vt ipsemet esset rex: & quando vidit se nō posse assequi intentum, procurauit vt Isboseth institueretur rex. Prætereo quod David ex diuersis tribubus secum viros habens sollicitabat amicos omnes in omni tribubus vt ipse eligeretur in regem: vt cōiicitur ex hoc quod per nuncios inuitauit etiam amicissimos Saulis Iabitas qui sepelierat Saulem. Quāto autē tēpore durauerit huiusmodi dissensio scriptū nō est. quod vero post mortem Isboseth durauerit bellū cum domo Saulis præfens litera innuit: dum narrato primo ac vltimo prælio cum Aner dicit & fuit bellum longum inter domū Saulis & domum Davidis. nisi enim postea fuisset longum, non subiunxisset post prælium illud, & fuit bellū longum: nam paruo tempore post occisus fuit Isboseth. In promptu quoque occurrit ratio dilata vnionis post mortem Isboseth multitudine eorum qui erant de domo Saulis præferentium Mephiboseth iura, quia erat filius Ionathæ primogeniti: tribus quoque Benjamin agre ferebat regnum à se transferri in tribum Iudæ. ex huiusmodi enim causis domus Saul retinebat Israelitas ne vnirentur cum Dauide.

Natiq̄ sum sex filij Davidi in Chebrō. Superfluit dictio sex & fuit primogenitus eius Amnon ex Achinocham Iizrehelishide. Et secundus eius Chil ab ex Abigail qua fuit Nabal Charmelita: tertius Absalon filius Mahacha filia Thalmai regis Ghesur. Quæstio oritur qua ratione l. i. c. uerit Davidi ducere vxorē ex gen-

te ethnica. Solutio est quod in lege Moſis non inuenitur prohibi-
tum coniugium cum ethnicis vniuerſaliter: ſed duntaxat cum ſeptem illis nationibus habitantibus in terra promiſſionis quas Deus delendas mandauit: vt ſcribitur deut. 7. & propterea Dauid contra legē nen fecit accipiēdo in vxorem filiam regis Cheſur. Et eo magis excuſatur quo opus illi erat fauore vicinorū regū in principio regni ſui. Et conſentaneum rationi eſt vt Dauid ſub fiducia trahendi facile puellā coniugem ad cultum vnus dei coniugium hoc contraxerit: quod ex voto ſucceſſiſſe ipſum ſcripturæ ſilentium innuit. Et quartus Adoniſas filius Chagith: & quintus Sephaſia filius Abital. Et ſextus Iuh' reham ex Heg' la vxore Dauidis. Hebraicam diſtinctionem dimitunt interpretes quū tamen non ſit nomen proprium & potuiſſent transferrē de vitula vxore Dauid. nā ſic appellatur vxor Dauidis vitula, quē admodum vxor Sampſonis ab eo appellata eſt vitula iudicū. 14. Et eſt ſenſus de prima vxore Dauid. Vnde autē apud Hebræos vxorē primā valde dilectā appellauerint vitulā perſpicuū nō eſt. Quod autē hæc ſola nominetur vxor Dauid, nō ad excludēdum reliquas (tanquā non vxores Dauidis) ſed ad ſignificādū prælatā ipſam reliquis (tanquā ipſa ſit vere vxor: aliæ autem adiunctæ) diſtum eſt: ſimili namq; ratione Iacob appellauit ſingulariter Rachel vxorem ſuā gen. 4. 4. & propterea iſta circūlocutione ſignificatur Michol filia Saulis prima vxor Dauidis & valde ab eo dilecta. *iſti nati ſunt Dauidi in Chebron.*
Et fuit cū eſſet bellū inter domū Saul & domū Dauid: Abner regebat domū Saul. Iuxta hebræū habet. & Abner fuit roborās in domo Saulis. ipſe enim roborabat ſequaces domus Saulis. Saul autē fuerat cōcubina & nomen eius Rizpa filia A'iah: & ingreſſus eſt ad eā Abner. In hebræo nō habet, & ingreſſus eſt ad eā Abner. dixitq; Iſboſeth ad Abner cur ingreſſus es ad cōcubinam patris mei? Et iratus eſt Abner valde propter verba Iſboſeth, & dixit nūquid caput canis ego ſum aduerſum Iudā hodie? Iuxta hebræū habet. *an caput canis ego qui Iehuda hodie faciā gratiā cū domo Saul patris tui ad fratres eius et ad propinquos eius?* Et eſt vna interrogatio inſinuās negationē: interrogatiue enim legenda eſt, quaſi dicat nequaquā faciā gratiā cū domo Saulis. Eſt enim ſenſus, an ego faciā gratiā cū domo Saulis habitus hodie vt caput canis qui Iudæ, hoc eſt latrantis ad Iudā? quaſi dicat non faciā gratiā quia reputatus ſum hodie à te vt caput canis latrantis ad Iudam.

Iudā. Mentionē faciendo capitis canis, ſignificat quod de officio latrādī & cuſtodiendi more canis loquitur: capite enim hoc canis facit. Dicit autē ſe reputari vt canē nō vt principē exercitus: quia nō habebatur ratio ei' propter ipſummet (dū reprehēdebatur pro re muliebri) ſed propter bonū ipſius regis duntaxat, ſicut habetur ratio canis cuſtodis propter bonum cuſtodie duntaxat. Abner enim erat vere cuſtos domus Saulis (vt & prius geſta & poſteriora teſtātur) & volebat ſibi multa licere tanquā principi à quo pendebat tota ſalus regni domus Saulis. & nō tradidi te in manū Dauid. Collatū beneficiū cōmemorat ad inſinuandū quod immerito habetur vt canis. & tu requiſti in me quod argueres pro muliere hodie. Iuxta hebræū habet. & viſtaſti ſuper me iniquitatē mulieris hodie. Hinc habetur quod fornicario coitu ingreſſus erat ad cōcubinam Saulis: alioquin nō dixiſſet iniquitatē. cōiugiū enī cū relicta Saulis licitū fuiſſet: quia patruſes erant Saul & Abner vt patet in 1. li. ca. 14. Sic faciat Deus Abnero & ſic addat ei quod ſicut iurauit Dominus Dauidi, ſic faciā ei. Nomen eſt Elohim. Diſce qui accuſas negligentia principū, quanti mali regis Iſboſeth occaſio fuerit reprehēſio Abner. *Trāſire faciendo regnum à domo Saulis: & erigendo ſolum Dauid ſuper Iſraelem & ſuper Iehudam à Dan vſque ad Beer Sebah. Et non potuit amplius reſpondere Abnero verbum: quia timebat eum.*

Mixta hebræū habet. cui terra? ſubaudi debet, quaſi dicat tibi terra debet. & vt loquerentur ſac mecum amicitia. Iuxta hebræū habet. dicēdo, ſeri fœdus tuū mecum et ecce manus mea tecum ad vertendū ad te totū Iſraēl. Quod autē fuerit inter eos pactū, nō eſt ſcriptū. Qui ait bene ſeriā tecum fœdus: tantū rem vnā peto à te dicēdo, nō videbū faciē meam niſi prius adduxeris Michal filiam Saulis quando venies ad videndum faciē meam.
Miſiſq; Dauid nūcios ad Iſboſeth filiū Sauli dicēdo, habita ꝑcul dubio reſpōſiōe Abner de modo habēdi Michol: videlicet ꝑtendo eā ab Iſboſeth, quia ipſe Abner poſt petitiōnē Dauidis ſuggereret Iſboſeth vt reſtitueret Dauidi vxorē ſuā, da vxorē meā Michal quā deſpōdi mihi cētū ꝑꝑutii Peliphinorū. Quāuis ducēta ꝑꝑutia dediſſet, meminit tamē cētū, quia tot exegerat Saul. Miſiſq; Iſboſeth: & tulit eā à viro à Paltiel filio Lau. Notāt Hebræi qd iſte appellatus eſt Palti in primo libro quā Saul dicit ei Michol in vxorē, modo autē appellat Paltiel: ita quod adiūctū eſt nomini ei' nomē Dei El, ea ratioe quā nūq; cogno-

uit Michol intuitu Dei eo quod sciebat esse vxorem Dauidis nec repudiatam. Et iuit cum ea vir eius cundo & stendo post eam vsque ad Bacchurim. teneritudine amissæ tã dulcis societatis. & dixit ad eum Abner, vade, reuertere et reuersus est. Hinc insinuatur quod Abner vniuersum hoc negociũ tractauit, qui etiam comes fuit Michol per aliquantum itineris spatium.

Verbumque Abner fuit cum senioribus Israel dicendo: tam heri quã nudius tertius. hoc est tempore præterito antequam regnaret Isboseth. fuisis quæretes Dauidem in regem super vos. sciebat enim hæc Abner qui vniuersum regni negocium pertractauerat. Et est modus loquendi Hebræorum appellare præteritum perseueras & heri & nudius tertius: insinuatur enim per hoc quod tempore interregni perseuerabãt senes Israel quærendo vt Dauid regnaret. Et quod sit sermo de interregno patet ex hoc quod nec tempore Saulis nec postquam regnauit Isboseth hoc quæsierunt: fuisset enim crimen læsæ maiestatis punitum. Et ex hac vt dictũ est litera apparet mortuo Saul diffensionem fuisse circa electionem regis Israel. Nũc ergo facite. quod olim appetebatis & quærebatis. quoniam dominus locutus est ad Dauid. Ne videretur proditor vindictã in Isboseth exercet sub specie exequendi diuinam reuelationem. dicendo in manu Dauid serui mei saluabo populum meũ Israel de manu Pelisthim & de manu omnium inimicorum eorum. per Samuel tamen medium diuulgata siquidem erant verba quæ dixerat Samuel de futuro regno Dauidis. Locutus est autẽ Abner etiam ad Biniamin. Iuxta hebræum habetur. Et locutus est etiam Abner in auribus Biniamin. Secretus tractatus significatur dicẽdo in auribus. Et meminit specialiter Benjamin: quoniam præcipue intererat Benjamin, eo quod de translatione regni ex tribu Benjamin in tribũ Iudæ agebatur. abiitque etiam Abner ad loquendum ad Dauid. Legendum est. in auribus Dauid in Chebron omne quod bonũ erat in oculis Israel & in oculis totius domus Biniamin. secreta enim locutio significatur ad firmãdam pacta hinc & inde.

Venitque Abner ad Dauid in Chebron cum viginti viris & fecit Dauid Abner & viris qui erant cum eo conuiuũ. Et dixit Abner ad Dauid, surgã & ibo & cõgregabo ad Dominũ meũ regẽ totũ Israel & feriet tecũ sædus & regnabis in omni quod desiderabit anima tua: deduxit ergo Dauid Abner et ille iuit in pace. Iuxta hebræũ habetur. et misit Dauid Abner & iuit in pace. nihilq; dicit de deductioe.

Stagimque

Stagimque pueri Dauid & Ioab venerunt caesis latronibus cum præda magna nimis. Iuxta hebræum habetur. Et ecce serui Dauid & Ioab venit à congregatione & prædam multam secum adduxerunt. A congregatione narratur venisse qua congregati fuerant ad excursionem aliquam faciendam. dispersi siquidem superius descripti sunt per oppida Hebron: & propterea ab eorum congregatione ad excursionem faciendam venisse narrantur serui Dauidis cum præda multa. Abner autem non erat cum Dauid in Chebron, quia dimiserat eum & abiit in pace. Et Ioab & totus exercitus qui erat cum eo venerunt: nunciaturumque est Ioab dicendo, venit Abner filius Ner ad regem & dimisit eum & abiit in pace. Et ingressus est Ioab ad regem: & ait, quid fecisti? ecce venit Abner ad te, propter quid dimisisti? & abiit abeundo? Nosti Abner filium Ner, quoniam ad decipiendum te venit: & ad sciendum exitum tuum & introitũ tuum & ad sciendum totum quod facis. Egressusque est Ioab à Dauid. nulla habita responsione à rege forte quia non expectauit, sed iratus exiit à facie regis machinans malum quod & fecit. & misit nuncios post Abner. Quauis explicite non sit scriptum, rationi tamen consentaneum est quod regis nomine miserit nuncios: non enim fuisset reuertus Abner si vocatus fuisset à Ioab, nec ipse Ioab ausus fuisset accersire principem exercitus Israel. & ad hoc innuendum subiungitur quod Dauid nesciuit huiusmodi legationem: & redierunt eum à cisterna Sirah. Hebræam dictionem reliquit interpret suspicans forte quod Sirah esset nomen proprium: cum tamen potuit et dicere, à puteo spinarum. Spinetum forte aliquod ibi erat & Dauid nesciebat. Et reuersus est Abner in Chebron: & seorsum adduxit eum Ioab ad medium portæ vt loqueretur ei in dolo. Parui refert quod hebraice habetur. & Declinauit eum Ioab ad medium portæ ad loquendum cum eo in momento. Fecellit siquidem Ioab Abner astutẽ in loco publico coram omnibus petendo ab eo vt ibidem audiret vnicum verbum secreto. hoc enim significat ipsa declinatio ad medium portæ ciuitatis ad loquendum in momento temporis. & percussit eum ibi in inguine. Iuxta hebræum habetur. in quinta casta. quod exponit vt supra. & mortuus est propter sanguinẽ Ha-sael fratris eius.

Audiuit autem Dauid rem gestam: & ait, mundus ego sum & regnum meum apud dominum. vsque in sempiternum à sanguine

X Abner

Abner filii Ner. Et veniat. Iuxta hebræum habetur. *Quiescent super caput Ioab & super totam domum patris eius. Non sonant imprecationem, sed meritum Ioab: quod videlicet meretur has quinque pœnas subiunctas. & non deficiet de domo Ioab fluxum seminis sustinens.* Exponit interpres: quoniam hebraice non habetur nisi stillans: hoc est guttatim fluens. & leprosus & tenens fuscum. Vile muliebrique exercitium ad quæritandum victum vaticinatur, si diuino instinctu hæc prænunciata creduntur. & cadens gladio & carens pane. Ioab igitur & Abisai frater eius inter fecerunt Abner. Cõscium fuisse criminis Abisai manifestat scriptura. eo quod occidisset Haisael fratrem eorum in Ghibhon in prælio. Ad accusationem Ioab & Abisai spectat hæc prælii causa. iniusta siquidem cõfetur vltio aduersus eos qui occiderunt in prælio: quoniã non odio personarum: sed belli iure occiso sit in prælio: & propterea Dauid iniquam iudicauit huiusmodi vltionem.

Dixitque Dauid ad Ioab & ad totum populum qui erat cum eo. *scindite vestimenta vestra & accingimini sacco & plangite ante Abner.* Voluit Dauid vt etiam ipsi qui interfecerant, lugerent mortuum vt vel sic inciperet punire Ioab. & rex Dauid ibat post feretrum. & sepelierunt Abner in Chebron: lenauitq; rex vocem suam & fleuit ad tumulum Abner & fleuit totus populus.

Plangensque rex & lugens Abner ait. Rectius scriberetur. Et lamentatus est rex Abner & dixit: *an sicut moritur ignauus mortuus est Abner?* lamentatio siquidem funebri significatur, quæ & subiungitur. *Manus tue non fuerunt ligatæ & pedes tui non in compedibus positi fuerunt.* Declarat quod dixerat: videlicet non esse mortuum more ignauorum quia nõ fuit captus non vincus manus aut pedes: quod solet euenire viris timidis aut malis, aut fugientibus & huiusmodi. *sicut cadendo coram filiis iniquitatis.* hoc est proditorie occidentibus. *corruisti.* Et in hoc manifestat publice iniquitatem Ioab. *congeminasque omnis populus fleuit super eum.* Iuxta hebræum habetur. & addiderunt totus populus ad plangendum super eum. Quod ideo dixerim ne congeminatio insinuaret quod populus repetiisset lamentationem Dauidis. *Cumque venisset vniuersa multitudo cibum capere cum Dauid clara adhuc die.* Iuxta hebræum habetur. *E venit totus populus ad faciendum prandere Dauid panem cum adhuc dies esset.* ieiunus enim erat & mœrens valde: & propterea populus hortabatur eum ad refectio-

nem

nem sumendam. & iurauit Dauid dicendo, *sic faciet mihi deus & sic addet si ante occasum solis gustabo panem vel aliud quicquam.* Nomen est Elohim: solitufque iurandi modus imprecando sibi malum. Totusque populus audiuit. Iuxta hebræum habetur. *cognouerunt.* subaudi iuramentum regis de proprio ieiunio ob luctum Abner. & placuerunt ei. Iuxta hebræum habetur. & placuit in oculis eorum. proculdubio regis ieiunium. Deinde immediate sequitur. *sicut omne quod fecit rex in oculis totius populi bonum.* subaudi visum est. bonum siquidem iudicatum est regis ieiunium, quemadmodum vniuersum officium quod exhibuit rex in luctu Abner visum est bonum. *Et cognouit omne vulgus.* Rectius diceretur. *totus populus.* proculdubio qui erat in Hebron. & vniuersus Israel in die illa. hoc est ex dictis & factis Dauidis in die illa. quod non actum fuit à rege vt occideretur Abner filius Ner. Non est sensus quod illo die vniuersus Israel cognouerit (quia nec mors Abner vniuerso Israel fuit nota illo die) sed est sensus quod ex dictis & factis in illa die vniuersus Israel postea nouit innocentiam Dauidis circa mortem Abner.

Dixitque rex ad seruos suos. hoc est domesticos. *nõne scitis quod princeps & maximus.* Iuxta hebræum habetur. & *maignus cecidit hodie in Israel.* Exaggerat vndique causam Dauid: & ex conditionibus occisi, quia Dominus & magnus, & ex redundantia periculi in ipsum Dauidem subiungens. *Ego autem delicatus adhuc sum.* Iuxta hebræum habetur. *Et ego hodie tener & vnctus rex.* Ecce periculum, quia ego paulo ante vnctus rex sum hodie tener rex. Cõparat se quo ad regnum rei teneræ quæ facile patitur ac destruitur. cogitabat enim quod Israel indignatus ex tali proditorie insurgere posset aduersus eum. & *viri isti filii Zeruia duri sunt mihi.* Iuxta hebræum habetur. *duri præ me.* hoc est duri supra vires meas. habebant enim Ioab & Abisai exercitum in manibus. & ideo dicuntur duri: hoc est potentes ad non cedendum mihi, & propterea supra vires meas. In promptu siquidem erat periculum perdendi regnum si punire attentasset Ioab & Abisai. nam exemplum Isboseth præsentaneum ante oculos habebat: quem priuare regno Abner procurauerat, quia reprehensus fuerat ab eo. Et hæc est ad literam ratio horum verborum Dauidis ad sui excusationem quod tolerabat Ioab & Abisai. *retribuatur dominus.* Legendum est. *retribuatur do-*

X ij minus

minus facienti malum iuxta maliciam eius. quauis ego toleremus summus tamen deus non tolerabit, sed retribuet facienti malum iuxta maliciam eius. Sed tamen optatiue intelligatur, ad tribunal diuinum remittit causam cupiendo iustitiam quam ipse non potest exercere.

CAP. IIII.



Vdinit autem Isboseth filius Saul quod mortuus esset Abner in Chebron. Superfluit Isboseth, & dicitur filius Saul eo quod quatenus filius Saul fuerat ab Abner eleuatus in regem & fatus ab eodem. & dissoluta. Rectius diceretur. & laxata sunt manus eius. ad similitudinem enim habentium manus laxas describitur Isboseth quo ad opera sua & potestatis exercitium. omnisque Israel perturbatus est. Rectius diceretur. fuerunt attoniti. ad similitudinem siquidem attonitorum describitur populi.

DVo autem viri principes latronum. Iuxta hebræum habetur. principes turmarum. & non esse sermonem de turmis ad latrocinandum testantur subiuncta. erant filio Saul. Hebraice habetur. fuerunt filio Saul. Et hinc apparet quod isti principes turmarum seruientes filio Saulis fuerunt: sed de quo filio Saulis est hic sermo non est perspicuum: nam si Isboseth intelligatur, dux surgunt difficultates: altera quod nulla in litera insinuat ratio occidendi Isboseth: altera quod nulla insinuat ratio inferendi inter istos Mephiboseth filium Ionathæ. Si vero filius Saul intelligatur primogenitus Saulis Ionathas, vtriusque ratio in litera insinuat: nam describendo istos turmarum principes fuisse (hoc est ministrasse) primogenito Saulis insinuat quod isti fuerant fautores Mephiboseth pueri ad hoc vt succederet in regnum: ac per hoc aduersari fuerant promotioni Isboseth in regem: & propterea exosi erant Isboseth regi. Insinuat quoque quod ideo inferitur hic Mephiboseth filius Ionathæ claudus & puer ad complendum causam quare isti occiderint Isboseth. ex parte siquidem sua videbant se exosos regi: ex parte autem pueri cuius partes fouerant desperabant se posse amplius præualere: eo quod & puer & claudus erat ac per hoc à populo Israel refutatus quo ad successionem regni. Ex his enim duobus simul mo-

ti

ti sunt ad acquirendum gratiam Davidis intercedente occasione Isboseth: vt essent principes magni cum Davide tantquam dantes quodammodo ei regnum Israel. Et hic sensus, quia nullo eget adminiculo apocrypho, sed libertati literæ innititur (intelligendo per filium Saul primogenitum Saulis) complectendus est: vt pote cui tã contextus literæ quam ratio valde quadrat. nomen vnius Bahana & nomen alterius Rechab filii Rimmon Beerothita de filiis Biniamin: quia etiam Beeroth reputabitur in Biniamin. Et fugerunt Beerothita in Ghithaim. Non dicit & fugerunt isti viri duo, sed Beerothita: vt intelligamus quod gens Beerothita ethnica timens destrui tempore forte Iosuz fugit in Ghithaim relinquens ciuitatem Israelitis. fueruntque ibi aduena vsque in tempus illud. Iuxta hebræum habetur. & fuerunt ibi habitantes vsque in diem hanc. Transtulisse sedes penitus Beerothitæ narratur.

Iehonathan autem filio Saul erat filius debilis. Iuxta hebræum habetur. claudus pedibus. ita quod non vitium in genere, sed defectus in specie narratur. filius quinque annorum fuit quando venit nuncius. Iuxta hebræum habetur. fama Saulis & Iehonathan de Iixehel. de morte Saulis & Ionathæ. Attende prudens lector quam impertinens esset insitio hæc, nisi intelligendo vt exposuimus. tulitque cum nutriti eius & fugit: cumque festinaret ad fugiendum, cecidit & claudus effectus est, & nomen eius Mephiboseth.

Iueruntque filii Rimmon Beerothita (Rechab & Bahana) & venerunt cum incallescet dies ad domum Isboseth: qui dormiebat super stratum suum meridie. Iuxta hebræum habetur. meridiei. refertur enim ad stratum ad differentiam stratus nocturni. Et ostiaria domus purgans triticum obdormiuit. Non habetur hæc clausula in hebræo. Ingressi sunt autem domum lateenter assumentes spicas tritici. Longe aliter habetur in hebræo: nam scribitur. Et ecce venerunt vsque ad medium domus emptores frumenti. Clare sonat contextus duo: primum & venerunt illi duo incalcescente die ad domum Isboseth iacentis in stratu meridiei: alterum immediatè subiungendo & ecce venerunt vsque ad medium domus emptores frumenti. Dicendo & ecce venerunt emptores frumenti, manifestissime narrat quod postquam illi duo principes venerunt in domum regis superuenerunt emptores frumenti. hoc enim si-

X iij gnificatur

gnificatur subiungendo, & ecce venerunt emptores frumenti proculdubio ad emendum frumentum. Narratur autem emptorum frumenti aduentus ad insinuandum commoditatem oblatam illis duobus principibus occidendi Isboseth & euadendi, propterea enim inter aduentum principum & occisionem & euasione[m] inseritur aduentus emptorum frumenti ut intelligamus quod emptorum aduentus commoditatem praeiuit principibus illis qui prius venerant percutiendi regem & euadendi. Propter quod emptores narrantur venisse usque ad medium domus: hinc enim implicite insinuat[ur] concursus domesticorum ad eundem locum, videlicet ad medium domus: ac per hoc extrema domus, tam videlicet interiores partes (inter quas erat aula regis,) quam exteriores partes, inter quas erat ostium domus, remanserunt absque custodia. & sic opportunitate nata principes illi & percusserunt regem & euaserunt. Si vero legitur usque ad intimum domus (ut hebraica sonat litera) non variatur commoditas, sed ratio commoditatis narratur concursus domesticorum ad cellarium intimum in quo erat frumentum venale: & propterea relicta fuisse absque custodia & aulam in qua dormiebat rex & ostium domus. Et quocumque modo legatur quadrat quod iuxta hebraeorum immediate subiungitur. & percusserunt eum in quinta costa: & Rechab & Bahana frater eius euaserunt. Iungitur haec litera cum illa superiore & venerunt incalescente die ad domum Isboseth, interposita enim commoditate duplici (altera ex parte regis dormientis, altera ex parte concursus domesticorum ad emptores frumenti) subiungitur quid fecerunt: videlicet & percusserunt eum in quinta costa (proculdubio circa cor) & euaserunt. Repetuntur autem eorum nomina propria in actu euadendi ne forte intelligerent emptores frumenti in culpa fuisse & fugisse: casu enim occurrit dicta commoditas. Cum autem ingressi fuissent domum, ille dormiebat super lectum suum in conclauis et percussiones interfecerunt eum, sublatoque capite eius abierunt per viam deserti tota nocte. Iuxta hebraeorum habetur. Et venerunt domum & ipse iacens super stratum suum in aula strati sui, & percusserunt eum & occiderunt eum & remouerunt caput eius: & acceperunt caput eius & iuerunt via campestris tota nocte. Et adduxerunt caput Isboseth ad Dauid in Chebron. Repetitio est quorundam gestorum: ut adiunctis aliis

gestis

gestis, summa gestorum omnium in re hac ab istis principibus collecta appareat. Et dicendo adduxerunt caput, insinuat quod non ipsi portauerint, sed vehiculo duxerint illud. Dixeruntque ad regem, ecce caput Isboseth filij Saul inimici tui qui quaesuit animam tuam: & dedit dominus domino meo regi ultionem hodie de Saul & de semine eius. Non solum ex parte inimicitiae domus Saulis, sed etiam ex parte diuinae iustitiae opus quod fecerant commendant: ut vndique se partes regis Dauidis egisse manifestent, tanquam non pro seipsis, sed pro ipsius Dauidis causa hoc fecerint.

Respondit autem Dauid ad Rechab & Bahanam fratrem eius filios Rimmon Beerothia, & dixit eis: viuit dominus qui redemit animam meam ex omni angustia, quod qui nunciauit mihi dicendo, ecce mortuus est Saul (qui putabat se prospera nunciare) tenui eum & occidi eum in Xic lag: qui venerat ut darem ei mercedem pro nuncio. Quanto magis cum homines impij. Simulatione istorum detegit Dauid, agnoscedo eos homines impios. Ac si aperti dixisset: nequaquam ut ministri Dei & milites mei causam meam egistis, sed existentes impii occidistis virum iustum, interfecerunt virum innocuum. Iuxta Hebraeorum habetur, virum iustum, tum relative ad eos, tum relative ad meritum mortis: quoniam non merebatur occidi, nec ab eis laedi. in domo sua super lectum suum? & nunc nonne requiram sanguinem eius de manu vestra, & auferam vos de terra? Et praecepit Dauid pueris. Sententiam iustam exequenda[m] mandauit. & interfecerunt eos, & praeciderunt manus eorum & pedes eorum, & suspenderunt super piscinam in Chebron, tum ad exemplum aliorum, tum ad publicandum vniuerso Israeli quod ipse mundus erat ab huiusmodi proditoriis actionibus: & quod non querebat per has turpes vias regnum super Israel, caput autem Isboseth tulerunt, & sepelierunt in sepulchro Abner in Chebron.

CAPVT V.

T venerunt omnes tribus Israel ad Dauid in Chebron. in. 1. paral. ca. 12. diffuse scribuntur omnes tribus Israel venientes ad constituendum Dauidem in regem. Dixeruntque dicendo, os tuum & caro tua sumus. & euerterio: quoniam ex eodem patre geniti sumus. Sed & heri & nudius tertius cum esset Saul rex super nos, tu eras educens & reducens Israel: dixitque Dominus tibi, per Samuelem prophetam, tu pasces populum meum Israel, & tu eris dux super Israel.

X iij Veneruntque